



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 41. Suas lectiones prosegui Jesuitis permissum, nec tamen Universitati aggregati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. in Alvernia, vel si ejusmodi Vir habe-
 A. C. 1565. ri non posset, Bilhonii, aut Mauriaci na-
 tus, necnon ex eadem Provincia Pro-
 curator feligeretur.

§. XLI.

*Suas lectiones prosequi Jesuitis per-
 missum, nec tamen Universitati
 aggregati.*

*Thuan. l. 37.
 n. 4.
 Argentre
 p. 390.* Hæc causa integro biduo agitata fuit.
 tandem vero ad secundi confessus
 exitum Versorius rursus profitebatur, se
 nequaquam pro quodam Ordine per-
 orare, sed pro Collegio, quod nec
 Ecclesiæ, nec Universitati, nec Urbi
 quoddam præjudicium afferret: porro
 his dictis demisse rogabat, ut cum suis
 clientibus conferre, ac proxima Feria
 quinta reverti permetteretur. Exposi-
 to hoc postulato, atque Universitatis
 Rectore audito Regis Curia præcipie-
 bat, ut sequenti Feria quinta hæc caus-
 sa rursus ageretur, & Versorii re-
 sponiones audiantur: insuper eadem Cu-
 ria mandabat, ut defuncti Claromontani
 Episcopi, ejusque Testamenti execu-
 tores, ac post illos Regius Procurator
 generalis desuper perciperentur, inter-
 ea vero utriusque partis Actores sua
 scripta præfato Procuratori Generali
 traderent, quatenus sic unicuique suum
 jus

jus dici queat. Ponderato libello sup- Sæcul XVI.
 plici, necnon attento ejusdem Procura- A C. 1565.
 toris Generalis judicio Curia præ-
 cipiebat, ut intra hoc octiduum Ora-
 tores eidem tradant normam, quam in
 existimato suo Collegio Claromontano
 servare intenderent: interea tamen res
 in pristino statu permanerent. Hæc
 sancita fuere die vigesima nona Mar-
 tii, qua utrique parti dies fuit dicta,
 porro hoc medio Jesuitæ, quin Parisi-
 næ Universitati adscriberentur, publice
 ulteriorem juventutis erudiendæ liber-
 tatem consecuti sunt.

§. XLII.

Origo tumultuum Belgicorum.

Interim, cum Calvinistæ quædam con- Thu. l. 40.
 filia contra se clam Bajonæ inter Strada de
 Franciæ Regem, & Albæ Ducem agi- bello Belgico
 tata suspicarentur, nil nisi apertam sedi- l. 4.
 tionem moliebantur: ut autem in hisce Belcar.
 dissidiis de tuto sibi prospicerent asy- comm. l. 30.
 lo, Belgas contra Hispaniæ Regem con- n. 31.
 citare satagebant, eo fine, ut Philippus
 II. domesticas flammæ extinguere in-
 tentus Galliarum Regi suppetias ferre
 præpediretur. Hæc fuit origo turba-
 rum, quæ in Belgio suscitata Regem
 Hispaniæ quadam harum ditionum par-
 te spoliabant: Ceterum eo facilius Bel-
 gæ ad seditionem movebantur, quo a-